

Est excitata ab inferis:
Seu vultus, ut sol, splendidus,
Et vestis, ut nix, candida,
Thaboris alto in vertice
Signum tue dant glorie:
Seu monte olivis cõsisto,
Angõris est index tui
Sudor, tuo de corpore
Ceu gutta manans sanguinis.

Jesu, tibi sit gloria.

Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna secula.
Amen.

¶ Annuntiaverunt opera Dei.

¶ Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus, Antiphona.

Visitavit nos persanctum suum
Apostolum, & fecit salutem de inimicis nostris, Dominus Deus noster.

Oratio.

DEus, qui dispositione mirabili
corpus beati Jacobi Apostoli
tui de Jerosolymis ad Hispaniam
transferrî, & in Compostella gloriõse
sepeliri voluisti: concede quaesumus;
ut ejus meritis & precibus in
caelesti Jerusalem collocari mereamur.
Per Dominum, &c.

Et sunt Commem. juxta Rubricam
superius positam in j. Vesperis.

Ad Tertiam, Antiphona. Die, ut
sedecant. Capitulum. Fratres, Puto
quod Deus. ut supra.

¶ **br.** In omnem terram Extitit
sonus eorum. In omnem. ¶ Et in
finibus orbis terrae verba eorum. Extitit.
Gloria Patri. In omnem. ¶ Constituit
eos principes super omnem
terram. ¶ Memores erunt nominis
tui Domine.

Ad Sextam, Antiphona.

Potestis bibere calicem.

Capitulum. 1. Cor. 4. c.

Nos stulti propter Christum, vos
autem prudentes in Christo:
nos autem firmi, vos autem fortes: vos
nobiles, nos autem ignobiles.

¶ **br. breve.** Constitues eos principes
Super omnem terram. Constitues.
¶ Memores erunt nominis tui Domine.
Super. Gloria Patri. Constitues.
¶ Nimis honorati sunt amici
tui Deus. ¶ Nimis confortatus est
principatus eorum.

Ad Nonam, Antiphona.

Quicumque voluerit.

Capitulum.

1. Cor. 4. d.

Nam si decem millia pedagogorum
habeatis in Christo,
sed non multos patres. Nam in Christo
Jesu per Evangelium ego vos
genui.

¶ **br. breve.** Nimis honorati sunt
Amici tui Deus. Nimis. ¶ Nimis
confortatus est principatus eorum.
Amici. Gloria Patri. Nimis.

¶ Annuntiaverunt opera Dei.

¶ Et facta ejus intellexerunt.

Ad Vesperas, Antiphona. Tecum
principium, cum reliquis Antiphonis
& Psalmis de Nativitate. 184.

Capitulum & Hymnus, ut in primis
Vesperis. 29. ¶ Annuntiaverunt
opera Dei. ¶ Et facta ejus intellexerunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

O beatum Apostolum, qui inter primos
electus, primus omnium Apostolorum
Domini calicem bibere meruit! O gloriosum
Hispaniae regnum, tali pignore ac patrono
munatum, per quem fecit illi magna, qui
potens est, alleluia.

Oratio, ut supra.

Et sunt Commemorationes Octavarum
post Commemorationem Dominicæ,
(si facienda sit juxta superiorem
Rubricam.)

FESTA JANUARI.

DIE XVI. JANUARI.

In Festo Sancti Fulgentii Episcopi
& Confessoris. Duplex.
Omnia de Communi Confessoris
Pontificis, xli. præter ea quæ hic
sunt propria.

Oratio.

Oratio.

EXaudi, quaesumus Domine, preces
nostras, quas in beati Fulgentii
Confessoris tui atque Pontificis
solemnitate desideramus: & qui tibi
dignè meruit famulari, ejus intercedentibus
meritis, ab omnibus nos absolvet
peccatis. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de
Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Fulgentius Hispanus ex nova
Carthagine, Severiano patre
ejusdem Provinciae Duce genitus,
Sanctorum Leandri, Isidori, &
Florentinae germanus frater, a pueritia
cum morum honestate esset instructus,
ætate provectior, omni virtutum genere,
& sacrarum quoque litterarum eruditione
adeo enituit, ut Doctoris illustri titulum
apud Hispanos fieri assecutus. Cujus
rei illud quoque argumentum est,
quod egregius idem Doctor Isidorus,
qui ab eo fuerat educatus, & piis
documentis imbuitus, libros de
Ecclesiasticis officiis, in quibus de
universis mysteriis, quæ in Ecclesia
celebrantur, ac de originibus
officiorum Ecclesiasticorum
dissiderat, ipsi sanctissimo fratri
sacrae disciplinae amantissimo
dedicavit.

¶ Inveni David servum meum,
oleo sancto meo unxi eum: Manus
enim mea auxiliabitur ei. ¶ Nihil
proficiet inimicus in eo, & filius
iniquitatis non nocēbit ei. Manus
enim.

Lectio v.

Sed nihil ad Fulgentii commendationem
illustrius, quam ipsorum
quoque hostium gravissimum de eo
prolatum testimonium. Cum enim
Leovigildus Gothorum Rex sororis
ejus Arianae haeresi infectus, post
patrãtã filii sui Sancti Hermenegil-

di eadem, infirmitate acriter torqueretur, flagitii poenitentia ductus,
licet non eam quã par erat ad
salutem obtinendam, Reccarëdo filio
suo præcepisse dicitur, ut Leandrum,
& Fulgentium, qui in doctrina
Ecclesiastica insigniter clarabant,
tamquam Patres audiret, & eorum
monitis obtemperaret. Id verò a
Reccarëdo cumulate præstitum fuisse,
tota Gothorum gens ad veram
fidem perducta, & Ariana perfidia
in Concilio Toletano tertio ab
universo Regno abjurata, luculentissime
testantur.

¶ Põsui adjutorium super potentem,
& exaltavi electum de plebe mea:
¶ Manus enim mea auxiliabitur ei.
¶ Inveni David servum meum
oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim.

Lectio vj.

EPiscopus creatus, Astigitanum,
& Carthaginensem miro zelo,
& exemplo gubernavit Ecclesias.
Toletanae Synodo interfuit, sub
Rege Gundemaro, itidemque
Hispaniensis secundo, in cujus actis
nonnulla sua Ecclesiae jura legitur
vindicare. Denique ab incipientiae
vitae instituto non recedens,
& forma factus grægis ex animo,
cum pietate in Deum, pastorali
in subditos vigilantia, aliisque
sanctis operibus vitam religiosissimè
transegisset, virtutibus ac
meritis plenus, nec sanctitate minus,
quam doctrinæ famâ illustri,
obdormivit in Domino. Eum
Diocesis Carthaginensis, & Placentina
ut primarium suum co-
tulit Patronum. Sacrae ipsius, &
Florentinae sororis reliquiae, sub
Alphonso Undecimo in Berzocano
oppido inventae, ac postea
divisae, partim in eadem Placentina
Diocesi, partim Murchia-

mag-

magna pópuli veneratione coluntur.

¶ Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replêta est: ¶ Ipse intercedat pro peccâtis omnium populórum. ¶ Iste est, qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregórii Papæ. *Ex Homilia 17. in Luc. 10. ante medium.*

Considerandum nobis est, ut qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valeat, instruere, privatis locutionibus edificare. Debemus namque pensare continuo, quod sanctis Apóstolis dicitur, & per Apóstolos nobis: Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidélium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate quia Dei animalia pascitis: de quibus profectò animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

¶ Amavit eum Dóminus, & ornavit eum: stolam glóriæ induit eum, ¶ Et ad portas paradisi coronavit eum. ¶ Induit eum Dóminus lorica fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

Et sæpè videmus quòd petra salis brutis animalibus antepōnitur, ut ex eadem salis petrâ lambere debeant, & meliorari.

Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in pópulis. Curare namque sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat, ut quisquis Sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu æternæ vitæ sapore condiatur. Sal etenim terræ non sumus, si corda audientium non condimus: quod profectò condimentum ille veraciter próximo impendit qui prædicationis verbum non subtrahit, sed tunc verè aliis recta prædicamus, si dicta rebus, & exemplis ostendimus.

¶ Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: ¶ Et vos similes hominibus expectantibus dōminum suum, quando revertatur à nuptiis. ¶ Vigilate ergo, quia nescitis, quâ horâ Dóminus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis majus præjudicium, quam à sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem pōsuit, dare de se exempla pravitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debemus, nulla animarum lucra quarimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrèna concupiscentis, humanam glóriam intente mente captamus. Et quia eo ipso quòd cæteris prælati sumus, ad agenda qualibet majorem licentiam habemus, susceptæ benedictionis ministerium vèritim ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus: ad terrèna negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.

Te Deum laudamus. 13.

¶ Pro Diocesisbus Carthaginensî, Piacentina, & Hispalensî, omnia de Comuni Doctorum.

In

In utrisque Vesperis, ad Magalicat, Aña. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Fulgenti, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo æternæ salutis beatum Fulgentium ministrum tribuisti: præsta quesumginti, quod doctorem vitæ habitum in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dóminus nostrum, &c.

Lectiones primi Nocturni, Sapientiam, de Comuni Doctoris. lxx.

Reliqua ut supra, in ejus Festo. 49. DIE XIX. JANUARIIL.

In festo Sancti Canuti IV. Regis & Martyris

Semiduplex ad libitum.

Si occurrat in Dominica, vel infra aliquam Octavam, omittitur, cum non sit transferendum.

Omnia dicuntur de Comuni unius Martyris, xv. præter ea, quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui ad illustrandam Ecclesiâ tuam, beatum Canutum Regem martyrii palma, & gloriôsî miraculis decorare dignatus es: concede propitius, ut sicut ipse Dominicæ passionis imitator fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dóminum, &c.

Deinde fit Commem. SS. Mariæ Marthæ, &c. Antiphona. Istorum est enim. ¶ Letamini.

Oratio. Exaudi Domine, 636.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Canutus Quartus Suerónis Eschtrithi Danorûm regis filius, *Parâ Hyemalis.*

fide, pietate, & morum honestate conspicuus, eximie sanctitatis a tēneris annis spēm dedit. Paternum sceptrum summâ omni acclamatione adeptus, Religioni promovendæ sæculo incumbere, Ecclesiâ redditibus augere, & pretiosâ suppellectili ornare cepit. Tum zelo propagandæ fidei succensus, bárbara regna iusto certamine aggressus, devictas subditasque nationes Christianæ legi subjugavit. Victoris autem plurimis gloriosus, & divitiis auctus, regale diadema ad Christi crucifixi pedes abiecit, se & regnum illi subjiciens, qui Rex regum est, & Dóminus dominantium. Corpus suum jejuniis, ciliciis, & flagellis castigavit. In oratione & contemplatione assiduus, erga omnes beneficium semper fuit, nec unquam à justitiæ diviniæque legis semita deflexit.

¶ Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & seductoribus tutavit illum: ¶ Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Iustum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

His, aliisque virtutibus imbutus, ad supremum perfectionis apicem sanctus Rex properabat. Accidit autem, ut Angliæ regnum à Wilhélmo Normannorûm Duce, formidabili exercitu invaderetur, Anglis verò Danorûm opem implorantibus, cum succurrere Rex decrevisset, belli expeditionem Olao fratri commisit, qui resnandi cupiditate illectus, arma venit in Regis perniciem, militibus & populo contra illum concitatis. Nec defuissent rebellionis fomenta: cum enim Rex editis légibus decimas Ecclesiis solvi, Dei & Ecclesiæ præcepta servari, transgressores puniri sanxisset, plerique per-versi ac scelerati homines exacer-

Yyy bá-

bati, primùm quidem tumultuârî, tum plebem commovère, ac tandem sanctissimo Regi necem moliri cœperunt.

Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dômine, & voluntatē labiorum ejus non fraudasti eum. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntatē.

Lectio vj.

SCiens igitur Rex futurorum præcius, mortem sibi propter justitiam imminere, eâ prænuntiatiâ in Ecclesiâ Sancti Albani Martyris Othoniæ tanquam ad locum certaminis profectus est, & Sacramentis munitus, agonem suum Dômino commendabat. Mox ibi adveniens conjuratorum multitudo, Ecclesiæ ignem admovère, fores confringere, & in eam irrumpere tentarunt. Quod cum perficere non possent, ad fenestras accedentes saxa, & sagittas in sanctum Regem flexis genibus per inimicis orantem, magno impetu jaculari non cessarunt: donec lapidum & telorum ictibus, ac tandem læncea confossus, glorioso martyrio ante altare extensis brachiis procumbens, coronatus est, sedente in Apostolico throno Gregorio Sèptimo. Multis postea miraculis Martyrem suum illustravit Deus: nam gravi penuriâ & diversis calamitatibus oppressa Dania, patrâti sacrilègii pœnas luit. Plures etiã variis languoribus afflicti, ad ejus tumulum remediũ & incolumitatē consecuti sunt. Cũque Regina sacrum ejus corpus noctu clam surripere, & alio transferrè conarètur, emissio cœlitus ingenti splendore, perterrita à proposito cessavit.

Stolâ juvenitatis induit eum Dôminus: Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

Cibavit illum Dôminus panẽ vitæ & intellectûs: & aquâ sapientiæ salutâris potâvit illum. Et coronam. Gloria Patrî. Et corônam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Hieronymi in Evangelium Si quis vult post me venire de Communi unius Martyris, xxxiv. sed nona Lectio de Ss. Mario, Martha, & c. Martyribus, & Commemoratio in Laudibus. 636.

DIE XXI. JANUARI.

In Festo Ss. Fructuosi Episcopi, Augurii & Eulogii Diaconorum, Martyrum. Duplex. Omnia de Communi plurimorum Martyrum, xlvij. præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

DEus, qui beatum Fructuosum, & ejus Diaconos Augurium & Eulogium per ignem probatos martyrio decorasti: concede nobis famulis tuis; ut ipsorum intercessione flammâ divini amoris succensim, cum illis pariter coronemur in cœlis. Per Dôminum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

FRuctuosus civis, & Episcopus Tarracônensis, eo tempore martyrium subiit, quo immânis illa Valeriani, & Galieni persecutio in electissima quæque Christi membra sævièbat. Jam præter innumeros ubique terrarum Martyres crudèlitate occisos, Romæ Laurentium, Carthagine Cyprianum mactaverat. Cũque per Hispaniam quoque nostram grassarètur, Emilianus Præses Tarracônem pervenit urbem primariam. Hic ergo Fructuoso, ejusque Diaconis Augurio & Eulogio in carcerem primùm conjectis, post sex deinde dies, se coram sistere jussis: Audisti, inquit Fructuoso, quid Imperatores præ-

præceperunt, deos scilicet colendos. Cui Põntifex: Ego unum Deum colo, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Numquid & tu, dixit Præses Eulogio, Fructuosus colis? Ego, respondit Levita Christi, Fructuosum non colo, sed ipsum colo, quem & Fructuosus. Similiter Augurio respondente, parique fortitudine tribus constantissime Christum prædicantibus, cum nec minis, nec blanditiis Emilianus passer Martyrum pectus emollire posset, flammis adjudicavit.

Sancti tui Dômine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: Terra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrèntes inundaverunt. Terra apparuit.

Lectio v.

Cum igitur sanctissimus Episcopus cum Diaconis suis ad amphitheatrum duceretur, adèdè vehementi pòpulus eorum amore obstringebatur, ut plures etiã ethnici de iniqua morte lamentarentur. Christiani verò, si quo modo possent Pastoris sui amantissimi dolorem, mortemque acerbissimam delinire, pòculum aromatibus conditum propinabant: sed ille abstinentiæ rigidissimus custos, sinite, inquit, nondum est hora solvendi jejunii. Cũ quidam Christianus, cui nomen Felix, apprehensâ manu Fructuosi, eum enixe rogaret, ut sui memor esset in cœlis, Fructuosus, cunctis audientibus, dignè respondit: In mente me habere necesse est Ecclesiâ catholicam, ab Oriente usque in Occidentem diffusam. Quam responsonem divus Augustinus in sermone, quem de gloriôsissimis Martyribus habuit, laudat dicens: Neminem singulorum præ-

terit qui orat pro univèrsis: ab eo nullum membrum prætermittitur, cuius oratio pro corpore funditur. Acta martyrii Sancti Fructuosi, & sociorum adèdè veneranda apud fideles erant, ut publicè in Ecclesiâ coram pòpulo legerentur, non in Hispania tantum, sed in Africa etiã, ac proinde in aliis quoque Occidentibus orbis Ecclesiis.

Vèrba carnificum non timebant Sancti Dei, morientes pro Christi nòmine: * Ut hæredes fierent in domo Domini. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Lectio vj.

POstrèndò Fructuosus fratres consolatus, & ex revelatione divina, nunquam eis defuturum Pastorem prædicens, alacer, & securus cum sociis suis, flexis genibus super struem lignorum jam ardere incipientium, sese præparat, victimam in odorem suavitatis Deo sacrificandam. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, donec per ignem probati, & sinè macula inventi, purissimas animas Deo reddidère, anno sexagesimo secundo supra ducentissimum. Nec defuere magnalia, quibus in terris gloriam Sanctorum suorum patèteri placuit Altissimor Babylon quippè, & Migdonius, licet ex familia Præsidis, Christiani tamen, ipsa quoque filia Emilianâ, cœlos scandere egregios Christi athletas, Angelorum choris stipatos, coronisque redimitos conspexerunt. Nocte supervenièntes Christiani ad amphitheatrum currentes, Martyrum cineres collectos, prout quisque potuit, sibi vindicavit. Sanctus verò Fructuosus appàrens monuit, ut, quod unusquisque pio turto de sacris ci-

néribus usurpáverat, restitúeret, unoque in loco simul condéndos curáret. Póstea in Ligúres sacra pignora transportáta sunt, servánturque propé Génium in Benedictinorum Cœnobío, ultra ea, que Manrésæ, & in Ecclesiis Tarracónénsi, & Sanctæ Matronæ Barcinonénsi pié colúntur.

R. Tamquam aurum in fornáce probávit electos Dóminus, & quasi holocausti hóstiám accepit illos: & in tempore erit respectus illórum: Quóniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligént veritátem: & fídeles in dilectióne acquiescent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

In iij. Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Cum audieris prælia, de Comm. plurimor. Martyrum, iv.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo S. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani Confessoris.

Duplex ij. Classis, cum Octava. Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. præter sequentia.

Si hoc Festum occurrat in Dominica Septuagesimæ, transfertur in primam diem non impeditam juxta Rubricas Breviarii, & illo anno recitabitur sine Octava.

Oratio.

Deus, qui per gloriosissimam Filii tui matrem beatum Ildephónsum Confessórem tuum atque Pontíficem, misso de thesauris cœlestibus munere decorásti: concede propitius; ut per ejus preces & mérita múnera capiamus ætérna. Per eúdem Dóminum nostrum, &c.

Nulla fit Commemoratio.

In primo Nocturno, Lectiões Fidelis sermo, de Communi Confessoris Pontificis. lix.

In secundo Nocturno. Ex Surio tom. 1. & aliunde.

Lectio ij.

Ildephónsus, qui & Alphónsus dicitur, natione Hispanus, Toletí nobilissimis Stéphano & Lucía paréntibus ortus, omni que cura nutritus, liberalibus disciplinis instructus est. Primum habuit præceptórem Eugénium Toletánum Antistitem, à quo miram ob idoleum Hispaniám ad Isidórum, mirá tunc eruditiónem polléntem est missus. Duódecim apud Isidórum commorátus annos, tandem fruge boná, doctrináque saná imbútus, Tolétum remeávit ad Eugénium. Postquam veró factus est ob vitæ candórem, peritiamque non vulgárem, ab Eugénio Ecclesiæ Toletánæ Archidiaconus, mundi cipiens laqueos declináre, in Agaliénsi Monastério, quod sanctis Martyribus Cosmæ & Damiano tunc erat dicátum, insigne pietátis cucullum induit. Cui neque paréntes, jam prece, jam vi ómnia tentantes, obsistere valuerunt, quin constánter in propósito permanerét.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: Manus mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitátis non nocébit ei. Manus.

Lectio iij.

MOnachi non mólti post Ildephónsum in demórtui Abbátis locum subrogarunt: suspiciébant siquidem in eo (præter virtutes réliquas) aequitátem, morum facilitátem, prudentiam, raram sanctitúdinem. Tantus itaque fulgor, tanta veræ pietátis lux (quod ipse timébat) latere non pótuit. Eugénio namque vita functo, Cleri, Senatús, totiusque pópuli decreto Tolztanus Archiepiscopus est creatus. In quo quidem Presulátu, quantum verbo

11-

Ildephónsus profecerit, quæ miracula ediderit, quam multis fuerit nominibus de Virgine Matre benemeritus, non facíle quis explicáre quiverit. Cœnobium Virginum in Deilsénsi villula ædificávit, ac magnis muneribus auxit. Hæreticos quosdam, qui in Hispania hæresim Elvidianam, tolléntem perpétuam Mariæ Dei Genitricis virginitátem, disseminábant, doctissime confutávit, ab Hispaniaque depulit: quam disputationem explicávit libro, quem scripsit de beatæ Mariæ virginitáte, rem miraculo confirmánte. Cúm enim Ildephónsus ad preces Matutinas Expectatiónis beatæ Mariæ in Ecclesiám nocte descenderet, cómites ejus in Ecclesiæ limine, fulgóre quodam repentino detérriti, retrocesserunt. Ille veró intrépídus ad aram progressus, Virginem ipsam vidit, & adorávit: ab eademque vestem, qua in sacrificiis uterétur, accepit.

R. Pósi adjutórium super poténtem, & exaltávi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vj.

Cúm etiám dies Sanctæ Leocádiæ festus agerétur, & Clerus frequénsque pópulus convenisset, Ildephónsus ad sepulchrum Virginitis Leocádiæ accédens, flexis suppliciter génibus precabátur. Et ecce reserato repénté sarcophago, Leocádia sanctíssima prodíit, videntibusque cunctis & audientibus, Ildephónsi mérita de Virgine Maria commendávit, dicens: O Ildephónse, pte te vivit Dómina mea, que cœli cúlmina tenet. Et Præsule collaudáto rediit. Ildephónsus, ne res nisi réstibus tanta pósteteris referretur, arrepto Reccesvintii Regis, qui for-

tè tunc áderat, gladiólo, veláminis partem, quo caput Leocádiæ tegebátur, resécuit: eamque cum régio simul cultro célebrí pompá in sacrarúm intulit, ubi usque hodié servátur. Scripsit multa luculentóri sermóne, quorum, váriis molestiárum occupatiónis impeditus, áltera cepta, áltera simpléna reliquit. Obiit tandem divus Ildephónsus feliciter ac sanctè, cum sedisset in Episcopátu annos novem, menses duos, sepultúsque est in Basilica Leocádiæ circa annum Dómini sexcentésimum septuagésimum séptimum, Reccesvintio in Hispania regnante. Cujus corpus in generali à Saracénis Hispaniarum occupatióne in civitátem Zamorénsen translátum est, & in Ecclesiá beati Petri honoríficè quiescens, magná illius pópuli religióne colitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operátus est, & omnis terra doctrína ejus repléta est: Ipse intercedat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipe.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium Vos estis sal terræ, ut in Communi Doctorum. lxxi.

Lectio nona de S. Emerentiana, ut in Breviario. Quod si Festum S. Ildephonsi in Dominica celebretur, nona Lectio erit de Homilia Dominica occurrentis.

In Laudibus fit Commemoratio S. Emerentianæ, Antiphona. Simile est regnum cœlórum hómini negotiátóri querénti bonas margaritas; invéntá utá pretiósá, dedit ómnia sua, & comparávit eam.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Yyy 3

Orat.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Dõmine, beata Emerentiãna Virgo & Martyr impleret: que tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dõminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

DIE XXIV. JANUARIJ.

Secunda die infra Oclavam S. Ildephonsi.

Fit de S. Timotheo Episcopo & Martyr. Semid. Ut in Breviario Romano cum Comm. Octavae.

DIE XXV. JANUARIJ.

Tertia die infra Oclavam S. Ildephonsi.

Fit de Conversione S. Pauli. Duplex majus, cum commem. S. Petri & Octavae.

In ij. Vesperis commemor. S. Petri, sequentis, & Oclavae.

DIE XXVI. JANUARIJ.

Quarta die infra Oclavam S. Ildephonsi.

In Festo Sanctae Paulae Viduae. Semiduplex.

Omnia de Comuni non Virginitatis, nec Martyrum, xvij. præter sequentia.

Oratio.

Deus, qui beatam Paulam famulam tuam, spresis mundi deliciis, post insignia virtutum incrementa, ibi voluisti nasci caelo, ubi Unigenitus tuus natus est mundo: concede propitius; ut ejus exemplo terræa cuncta despicientes, cœlestia consequi mereamur. Per eundem Dõminum nostrum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Epist. 27. S. Hieronimi.

Lectio iv.

Paula Matrõna Romãna est nobilissimo senatorum genere,

sed vitæ sanctitate multò nobilior, mortuo Toxotio paris nobilitatis viro, cui quinque liberos ediderat, totam se ad Dõminum converterit, & copiosas cepit divitias in Christi pauperes tanto affectu erogare, ut eos tota Urbe perquireret, & damnum putaret (ut de ea Sanctus Hieronymus scribit) si quisquam debilis, & esuriens cibo sustentaretur alterius: quo in studio usque ad mortem perseverans, dicebat interdum, se id voti habere, ut mendicans moreretur, & in suo funere aliena sindone involveretur. Cum autem ob quasdam Ecclesiãrum dissensiones, Orientis & Occidentis Episcopi Romam, Sancto Dãmaso Pontifice, convenissent, Sanctum Epiphanium Salaminae Cypri Episcopum hospitium cepit, & Paulinum Antiochia omnibus charitatis officijs colere studuit: quorum accensa virtutibus, patriam deserere, & ad eremum pergere gestiebat. Quare Urbis frequentiam, & ora laudantium fugere festinans, & parvulam Bethlehem Romæ præferre volens; tandem ad Portum Romanum navigatura descendit, fratre, propinquis, ac liberis sequentibus, & piam matrem maternã charitate retinere cupientibus. Illa verò, quamvis viscera ejus dolore torquerentur, siccos ad caelum tendebat oculos, & pietatem in filios pietate in Deum superans, nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua.

V. Specie tuã & pulchritudine tuã intendens, prosperè procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Navi igitur conscensa cum Eustochio filia, quæ proposuit, &

& navigatiõnis ejus comes erat, alis fidei sumptis, Jerosolyman, & sancta loca incredibili ardore videre cupiebãt. Quare cum Cyprum primùm, deinde Seleuciam appulisset, in Syriam, & Palastinam venit: cujus cuncta sacra monumenta tanto studio, ac pietate circumlavit, nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset abduci. Denique Bethlehem substitit mansara perpetuo: ubi structis quatuor Monasteriis, uno virõrum, quod Sanctus Hieronymus gubernaturus suscepit, aliis virginum, reliquum vitæ iter admirabili sanctitate confecit. Humilitatis virtus in ea maxime nutrit; nihil eã clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Invidiorum calumnias, & sæculi varias tentationes summã patientiã, & mansuetudine toleravit. Tarda erat ad loquendum, & velox ad audiendum. Sanctas Scripturas tenebat memoriter, & vetus ac novum Testamentum assidue perlegebat. Hebraicam linguam discere voluit, & consecuta est ita ut Psalmos hebraicè caneret, & sermonem illum, quasi nativum personaret. Super durissimam humum stratis ciliciosis quiescebat; si tamen quies dicenda est, quæ jugibus penè orationibus, noctesque jungebat. Mollia etiã in gravissima febre lectuli strata non habuit. Tantæ autem continentie fuit, ut propè mensuram excederet, & debilitatem corporis nimis jejuniis, ac labore contraheret: exceptisque diebus festis, vix oleum in cibo caperet. Neque adduci ullo modo potuit, ut ad vires corporis reficiendas vino uteretur. Agrotantes miris obssequiis, ac ministris confovebat: cumque aliis languentibus largè præberet omnia, si quando ipsa agrotasset, sibi non indulgebat; & in eo in-

qualis videbatur, quod in aliis elemeñtiam, in se duritiam commutabat.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Tandem cum in gravissimam valetudinem incidisset, ac mortem adesse sentiret, & frigente aliã parte corporis, animæ tepor in solo pectore palparet, quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos versiculos usque ad expirationem animæ repetebat: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitatiõnis gloriæ tuæ: & Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini: digitoque crucis signum in labijs imprensus, sanctissimam animam Deo reddidit septimo Kalendas Februarii, ætatis suæ anno quinquagesimo sexto. Translataque Episcoporum manibus in Ecclesiam Speculacæ, totã ad finem ejus Palestinarum urbium turba concurrente, monachorum, virginum, viduarum, & pauperum, qui ad exemplum Dõrcadis, vestes ab ea præbitas ostendebant, triduo post subter Ecclesiam juxta Specum Domini condita est.

R. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. Date eis de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

Lectioes tertij Nocturni, Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium Simile est regnum cœlorum thesaurò abscondito, de Comuni primo loco. cv. *Yyy 4*

Vesperæ de sequenti cum Commem. præcedentis & Octava.

DIE XXVII. JANUARI.

Quinta die infra Octavam S. Ildephonsi. Fit de S. Joanne Chrysostomo Duplex. Ut in Brev. Rom. cum Commem. Octavæ d. Ildephonsi in Laudib. Vesperæ de sequenti cum Commem. præcedentis.

DIE XXVIII. JANUARI.

In Festo Sancti Juliani Episcopi & Confessoris.

Duplex ij. Classis, cum Octava. Omnia de Comuni Confessoris Pontificis. lix. præter sequentia.

Si hoc Festum venerit in Dominica Septuagesimæ, vel Sexagesimæ, transferritur in diem iij. Februarii, cum nona Lectione & Commemor. in Laudibus Sancti Blasii Episcopi & Martyris.

Oratio.

EXcite, quæsumus Dómine, in pópulo tuo Spiritum charitatis, quo beátum Juliánum Confessorem tuum atque Pontificem replebre dignatus es: & concede, ut ejus Festivitatem celebrámus, per eum ad te exempla gradiámur. Per Dóminum. In unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, &c.

In primo Nocturno, Lectiones Fidélis sermo, de Comuni Confessoris Pontificis. lxi.

In secundo Nocturno.

Lectio ij.

Julianus, Ecclesiæ Conchensis Episcopus, Burgis piis & honestis parentibus natus est. Ejus ortum præclara illius sanctitatis & Episcopalis dignitatis signa divinitus data nobilitarunt. Nam adeo formosus & pulcher in lucem editus est, ut omnes intuentes os ejus cælesti quodam fulgore perfusum admirarentur. Multo magis vero, eum puer grãdiór palam super

fontem baptismalem tamdiu visus est mitrã & baculo Episcopálibus insignibus ornatus, dum adsistentes admónuit, ut infánti Juliani nomen impónerent. Postea piè sancteque educatus, liberalibusque disciplinis apprime eruditus, Theologiæ operam dedit; in qua plurimum profecit. Itaque probata vitæ exemplo, & divini verbi prædicatione toti Hispaniæ mirandum in modum profuit. Archidiaconi dignitate in Ecclesiá Toletána ornatus, ab Alphónso deinceps Nono Castellæ Rege Episcopálem unum suscipere coactus est, quod summã cum laude obivit.

Revéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. * Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim.

Lectio v.

Verè Pater páuperum fuit: quippe qui egéntium, viduárum & pupillórum inópiam pecuniã, & áliis pietatis officis sublevávit. Redditus Ecclesiæ suæ tum sublevándis miseris, tum instaurándis, ornandisque templis insúmpsit, ipse tórnui victu contentus, quem labóre mánuum suárum comparábat. In oratione assiduus erat: cujus vi, patrénã charitatè ardens, multa & magna pro salutè pópuli à Deo impetrávit. Quorum illa in primis illustria. Cùm aliquando tota provincia rei frumentariæ laboráret inópia, nec quidquam ámplius in Episcopátus hórreis superesset, pópuli calamitatè miseratus, preces cum lacrymis ad Deum fudit. Tunc plurimum tritici ad ædes sancti Episcopi à permúltis juméntis comportatum est, quæ depósito ónere evanérunt. Cúmque item dira in pópulum lues grassarétur, sancti Episcopi

Episcopi oratione sedata est. Multos quoque, variis insanabilibus morborum generibus affectos, in sanitatem restituit.

Posui adjutórium super potentem, & exaltávi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. * Invéní David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vj.

Super gregem suum tamquam bonus & sedulus pastor diligentissime vigilávit, lupos arcens ab óvibus, & oves pascens verbo vitæ, cibum culque tribuens pro capto congruente Corpus suum jejuniis assidue castigans, seipsum bonórum óperum exéplar in omnibus præbuit. Denique, cum annos ferè octoginta máximã cum sanctitate vixisset, plenus díerum atque virtutum, in senectute bona migrávit ad Dóminum quinto Kalendas Februarii, anno millésimo ducentésimo octavo; & honorificè in Ecclesiá sua sepultus, post mortem quoque miraculórum glóriã clarus, magnã pópuli veneratione cõllitur. Anno postmodum millésimo quingentésimo decimo octavo, Leone Pontifice Máximo, corpus ejus è sacello, ubi multos jacuerat annos, effossum, ad locum prope Aram máximam magnificè exornatum, tertio Idus Aprilis solémni pompã ac máximã celebritate translátum est. Commemoratiónis ejus quoque festivitas Nonis Septémbris, ex Julii Tertii Summi Pontificis concessiõne recõllitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinã ejus repléta est, * Ipse intercedat pro peccatis ómnium pópulorum. * Iste est qui contemptis vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærgo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Et reliqua.

Homilia Sancti Petri Chrysologi. Sermone 8. de festo & elemosyna, ante medium.

Thesaurus cæli est manus páuperis: quod suscipit, ne in terra pæreat, repónit in cœlum. Manus páuperis est gazophylacium Christi: quia quidquid páuper accipit, Christus accipiat. Da ergo, homo, páuperi terram, ut accipias cœlum: da nummum, ut accipias regnum: da páuperi, ut des tibi: quidquid páuperi dederis, tu habebis: quod páuperi non dederis, habebit alter. Clamat Deus: Misericórdiam volo. Qui quod vult Deus, Deo negat, à Deo sibi, quod desiderat, vult negari. Homo, petit Deus, sed tibi, non sibi: humanam misericórdiam petit, ut largiatur divinam. Est in cœlis misericórdia, ad quam per terranas misericórdias pervenitur.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronávit eum. * Induit eum Dóminus lorica fidei, & ornávit eum. Et ad.

Lectio viij.

Dicturus causam in iudicio Dei, patrónam tibi misericórdiam, per quam liberari possis, assume. Qui de patrocínio misericórdiæ certus est, de vénia sit securus, de absolutiõne non dubitet. Misericórdia non solum causam prævenit, anticipat cognitorem; sed etiam sententiam

tiam rævocat, absolvit, addictos. Quod Ninivite probant, quos jam sententiæ subiectos, pœna traditos, ad victimam stantes, morti deditos, misericordia sic rapuit, sic tenuit, sic prævenit, ut maluerit Deus deduci sententiã, ne misericordia quid negaret. Fratres, per misericordias pauperum misericordiam parëmus, ut possimus esse de pœna liberi, de salutè securi. Beati, inquit, misericordes: quia ipsi misericordiam consequentur. Gratis misericordiam sperat ibi, qui hic non fecerit misericordiam.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quã horã Dominus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio nona de S. Agnets Secundo in Breviario.

In Diocesi Conchensi, & ubi fuerit Patronus, vel Titularis.

Lectio ix. *Serm. 22.*
Homo, tali monitu Christus te ditare vult, non nudare: manere tibi tua vult, non perire: perpetuari, non vacuari sæculos imperavit: jussit te transferre, non perdere. Plus consilio patris agit, quam jure dominantis. Inter insidias latronum, & tinearum morsus, quare tua recõdas, objurgat: pervigiles noctes, dies anxios, sollicita tẽpora, ne tibi ipse facias, commoneris. Auri custos, servator argenti securitatem non habet, nescit quietem; & cui deest securitas, quies perit: pœnã dives est ille, non censu. Thesaurum non deficientem in celo, hoc est dicere: Ubi ego sum, ibi põnite: date mihi, ego servo. Homo, à patri, crede Deo; quia & hæredi pater, & Deus

hõmi creditu non negabit: tenere tua non potest, quia sua dedit. An humanis indiget, qui divina largitur? An est nostrorum cupidus, qui nos suorum fecit hæredes?

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commemoratio S. Agnets, & in secundis Vesperis S. Valerii Episcopi, & Confessoris tantum.

DIE XXIX. JANUARI.

Septima die infra Octavam S. Ildephonsi.

In Festo S. Valerii Episcopi Casaraugustani, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. præter sequentia.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui sacram beati Valerii Confessoris tui atque Pontificis solennitatem hodiernã die venerari voluisti: nos famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede; ut ejus intercessione ad vitam perveniãmus æternam. Per Dominum, &c.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Ex Lektionibus jam approbatis pro Ecclesiis Casaraugustana, & Valentiana, & ex illis, quæ habentur de sancto Valerio in Breviario Romano, in Festo S. Vincentii Martyris.

Lectio iv.

Valèrius pietate, & doctrinã insignis, ex Consulãri Valentiorum turba, teste Prudentio, Casaraugustæ ortus est, talẽque se in Episcopatu gessit, qualem nec optare quidem pòpulus potuisset: cum enim Diocletiani, & Maximiniani in Christianos persecutio maxime sæviret, toto animo, omniq; studio ad propagandã Christiani fidem incumbèbat, certans ni-

mirum juxta præceptum Apostoli bonum certamen Fidei, apprehendensque vitam æternam, in quam vocatus erat, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Qui cum ob linguæ tarditatem in prædicandũ Evangelii exercitatione minus versari posset, ne eã ex re aliquid detrimenti pòpulus acciperet, hanc curam Vincẽtio ejus discipulo, & Diacono demandavit: ut hæc ratione nihil ad confirmandum in fide pòpulum, ipsũque sanctè docendum, desideraretur. Utriusque verò exẽplo vitæ, ac morum sanctitatis, Vincẽti etiam predicacione res Christiana in dies magis augebatur. Hæc intelligens Daciãnus qui in prædicta Diocletiani, & Maximiani persecutiõne in Hispaniam Præsides missus, Christianos totis viribus insectabatur, Valerium unã cum Vincẽtio Casaraugustæ capi, & utrũque Valentiam vincitum post se duci, impio suo instituto expediret admodum, ac necessarium etiam esse, judicavit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocèbit ei. Manus enim.

Lectio v.

Viros itaque sanctissimos Valerium, & Vincẽtium vinculis constrictos Casaraugustã Valentiam Daciãnus ad se duci jubet: qui simul atque Valentiam in illius conspectum prodièrunt, cum Valerius ob senilem ætatem, & eam, quã apud Christianos valèbat, existimatiõnem, auctoritate præcelleret, ad ipsum Præsides conversus: Quid, inquit, tu Valeri? an putas, æquum esse religionis prætextu Principum decreta infringere, ac violare? tunc Valerius,

quamvis corpore ob longævam ætatem infirmiore, animo tamen firmissimo, religionis, & fidei causam suscipiens, mitiore licet, ac tardiore sermone Daciãno respondit: Nos, o Daciãne, qui Christianam fidem profitemur, & majorum nostrorum vestigiis insistimus, Deo potius, cuius nutu omnia sunt condita, quam hominibus obedire oportere, in maximis, ac sanctissimis nostræ religionis decretis semper habuimus. Quo audito, Daciãnus, quoniam ex Valerii morte nullum sibi triumphum pollicebatur, quòd summã ille senectute, quam quovis tormento graviorem illi futuram esse existimabat, confectus esset; exilio dumtaxat dammandum illum esse, decrevit.

R. Põsi adjutorium super potentem, & exaltavi eum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Cum igitur exilii causã Valerio solo vertendum esset, relicta civitate Valentiam, in Aragoniã Provinciam sese contulit, cui, cum Casaraugustam redire, ad ampla spatiosa loca incolere, edicto judicis prohibuitur esset, Anetum ejusdem Provincie oppidulum ad habitandum sibi delegit: id etiam sibi præstitum, ut separatus à turba, ac proinde omnibus impedimentis liberatus, rebus divinis se totum dederet, suanque senectutem Deo promissa consecraret. Quo in loco cum clarissimo Vincẽtii mors, quam Valentiam pro Christi fide ab impio Daciãno gloriosissime perpessus fuerat, sæpè ipsi in mentem veniret, eam vehementer illi gratulari solèbat: quin & ipse ex hac vita

migrare summis votis optabat; ut quem charissimum scilicet, suique muneris participem habuisset in terris, brevi etiam comitem haberet in caelis; & ut proclivis sui in Vincendum animi significationem aliquam ederet, templum eo in loco Christianorum sumptibus erigendum, curavit: quod primum beati Vincentii nomine dedicatum est. Qui tandem vigiliis, jejuniis, orationibus, & sacris meditationibus intentus, felicem animam Deo reddidit circa annum Domini trecentesimo decimum quintum. Cujus corpus non longe ab eo loco in Castro, cui nomen est Strada, Christiani pue sepeliunt. Insigne verum nunc monumentum ejus reliquias continens, ac nomen referens, in Cœnobio Roda, vulgò nuncupato, conspicitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinam ejus replata est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Homo peregrin. de Comuni Confess. Pontif. lxxv.

In Laudibus fit Commemoratio Octavae S. Ildephonsi (ut in secundis Vesperis. **V.** Amavit.) & Octavae S. Juliani (ut in primis Vesperis **V.** Elégit. ex Decreto S. R. C. 18. Decemb. 1779.)

In secundis Vesperis à capitulo de die Octavae S. Ildephonsi (ut in primis Vesperis Festi, cum Commem. S. Valerii, & Octavae S. Juliani. Antiphona Euge. **V.** Elégit.)

Si dies Octavae S. Ildephonsi occurrat in Dominica Septuagesimae Vesperae in Sabbato integræ dicuntur de S. Valerio cum Commemorati Dominicae, & diei Octavae S. Ildephonsi, ut in primis Vesperis. & secundis Vesperis, & non dicuntur suffragia, nec Preces ad Primam & Completorium propter Octavam.

DIE XXX. JANUARI.

In Octava S. Ildephonsi.

Duplex.

Omnia dicuntur, ut in die Festi, præter Lectiones primi Nocturni, quæ dicuntur de Scriptura occurrente, & secundi, & tertii Nocturni, quæ dicuntur ut infra.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Gregorii Papæ.

Part. 2. Pastoral. cap. 1.

Lectio iv.

Tantum debet actionem populi actio transcendere Prasulis, quantum distare solet à grege vita pastoris. Opórtet namque, ut metiri se sollicitè studeat, quantà tenenda rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius aestimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus enim.

Part.

Part. 2. Pastoralis, cap. 9. & 10.

Lectio v.

Considerandum quoque est, quia cum curam populi electus Prasul suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in ejus opere passiones vivunt, quæ præsumptione percussum mederi præparat qui in facie vulnus portat? Ille modis omnibus debet ad exemplum bene vivendi pertrahi, qui cupctis carnis passionibus moriens, jam spiritualiter vivit: qui prospera mundi postponit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat: cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumaciam repugnans spiritus: qui ad aliæna cupienda non ducitur, sed propria largitur.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi.

Ibid. cap. 8.

Unde ipsum quoque Episcopatus officium boni operis expressione diffinitur, cum dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonus opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est, quia Episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium, sed honoris gloriam querit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino, sed nescit qui ad culmen regiminis anhelans in occultis meditatione cogitationis cæterorum subjectione pascitur, laude propria lætatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum queritur sub ejus honoris specie, quo mundi destrui lucra debuerant.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra

doctrinam ejus replata est: **M.** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 5. b.*
In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Ex Homilia 15. in Matthæum.

Luceat lux vestra: hoc est, plurima in vobis sit virtus, ac maxime ingens illius accendatur ignis, & ineffabile omnino lumen effulgeat. Quando autem tam magna lux fuerit, & clara, latere non poterit, etiamsi mille illam contingere velit modis ille qui possidet. Bene autem ait, Lumen nihil est, quod sic hominem faciat insignem, atque conspicuum, etiamsi magno ambitu optet latere, ut splendor iste virtutis. Sicut enim ipso sole circumdatus, ita itique clarus effulget, nec in terram solummodo rutilans propria virtutis emitte, sed supra ipsum etiam cœlum proprio fulgore radiabit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: **M.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio viii.

Hic itaque illos uberius consolatur. Et si, inquit, maledicta in vos audientes dolētis: habētis tamen plurimos, quos ad amorem, atque admirationem Dei, vestro adducatis exemplo. Tunc enim multi erunt omnino mirantes non virtus tan-

tan-

tantum, sed per vos etiam Patrem vestrum. Nec dixit, Deum, sed Patrem: conferenda illis nobilitatis prerogativam hoc iam nomen largiendo. Considera, quantum istiusmodi sit commodum, quantum etiam discrimen. Si enim vitis sordeamus, etiam si nobis nullus obtraheret, erimus omnibus miseriores. Si vero virtutibus splendere curemus, vel si totus mundus contra nos maledictis voluerit personare, erimus omnium beatissimi, atque ad nos trahemus omnes, qui venire elegerint ad salutem. Omni quidem tuba documenta sunt operum clariora, vitaeque munda, ipsa est luce fulgentior.

R. In medio Ecclesiae aperuit os eius, * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus. **V.** Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

Ex Homil. 16. in Mattheum, post init.

Lectio ix.

Non veni solvere legem, sed implere. Legem vero non uno tantum, sed altero, & tertio implere modo. Uno quidem, quia nihil ex legitimis ipse transgressus est; alio vero, quia per nos quoque id ipsum facit, quod Paulus significando dicebat: Quoniam finis legis Christus ad justitiam omni credenti. Quod enim illa per litteram non potuit, hoc per fidem ipse conficit. Si vero aliquis diligenter examinet, alium quoque tertium modum implere ab eo legis invenit. Quem vero istum? Ipsa utique praecipita, quae erat datus: non enim interitus priorum, sed augmentum potius, & complementum erant earum, quae dicebantur a Christo. Illius quippe sententiae, qua dicitur: Non occides: non interemptio, sed ad-

impletio magis, atque munio est, dicere, Non irascaris: omniumque similiter ceterorum.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Comm. Octavae S. Juliani, ut in secundis Vesperis. V. Amavit.

Vesperae à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione praecedentis, & Octavae S. Juliani, Aña. Euge. V. Elegit.

DIE XXXI. JANUARI.

Quarta die infra Octavam S. Juliani. Fit de S. Petro Nolasco Conf. Duplex, ut in Breviario Romano, cum Commem. Octavae V. Amavit.

FESTA FEBRUARII.

DIE I. FEBRUARII.

Quinta die infra Oct. S. Juliani. In Festo S. Caeccilii Episcopi & Mart. Duplex.

A Capitulo omnia de Communi unius Martyris, xxij. praeter illa, quae hic assignantur propria.

Oratio.

Deus, qui nos per beatum Coeciliium Martyrem tuum, atque Pontificem ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: concede propitius; ut per quem superni muneris rudimenta suscepimus, per eum subsidia perpetuae salutis impetremus. Per Dominum, &c.

Deinde fit Commemoratio praecedentis, & Octavae Sancti Juliani. V. Elegit.

In primo Nocturno. De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 51.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo lin-

guae

quae iniquae, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui à rugientibus, preparatis ad escam, de manibus quaerentium animam meam, & de portis tribulationum quae circumdedérunt me: à pressura flammæ quae circumdedit me, & in medio ignis non sum aestuatus: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à lingua iniusta.

R. Iste sanctus pro lege Dei sinceravit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: Fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Fundatus.

Lectio ij.

Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdedérunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiae tuae Domine, & operatio nis tuae, quae à saeculo sunt: quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

R. Justus germinabit sicut lilium: Et florabit in aeternum ante Dominum. **V.** Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et florabit.

Lectio iij.

Invocevi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, & in

tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini. **R.** Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: Et inventus est in numero Sanctorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Quoniam varios, multiplicisque triumphos, quos Evangelica predicatio cumularit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illos tota nostri sermonis confugit oratio, quos Hispaniarum Ecclesia reportavit: quae à sanctis Apostolis tot meruit habere Episcopos, quot dies mundus accipit. Verè mater luminum, fons dierum, quae septenario corusco germinis sui toto orbe resplendet. Felix, quae meruit possidere tot virtutum pignora, quot illa arca praecceptorum volumina sacra gestavit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum. **V.** Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Beata cui in futura gloria totads tant candelabra, quot hic habuit Evangelii praecones; tot coronae, quot infusae; tot bravia, quot tormenta. Merito proinde venerando illo Sanctorum numero scribens